

Q. D. B. V.

DISPUTATIO THEOLOGICA

36

De

**SEPARATISMO,**

Cuius PARTEM PRIOREM

*Cum consensu Ven. Facult. Theol.*

PRAESIDE

**ANDREA BERGIO,**

S. Theol. Doct. &amp; Prof. Primar.

h. t. Academiae Rectore,

*Publico examini sistit*

Auctor &amp; Respondens

ISAACVS LITHOVIVS,

*Designatus in Lappâ Sacellanus,*

H. L. q. C.

d. XXVII, m. Martio, MDCCXXXVI.

ABOAE, Excud. Joh. Kiämpe, R. Acad. Typ.


*Plurimum Reuerendo atque Praeclarissimo Viro,*  
**Dn. M. MICHAELI LITHOVIO,**  
*Pastori Lappocensium meritissimo, Patri Honoratissimo.*

**V**T liberorum erga parentes, inter alia, officium est, beneficia ab illis accepta, decenter venerari, & pro iisdem, gratos se ipsis quouis modo exhibere; ita, Pater Beniuolentissime, innumera Tua beneficia, quae in me inde ab infantia usque ad hunc diem contulisti, non tantum penes me venerabunda mente ingiter coto; sed etiam, ut palam testari atque declarare possim obseruantiam meam, saepe desideria totus inardescere soleo. Itaque, cum inter Musarum Cultores jam pridem mos inualuit, ut specimina studiorum edituri, eadem, parentibus suis dedicando, erga ipsos suam explicent reuerentiam; non potui, quin, ex mandato Tuo, specimina illa exhibiturus, ego quoque morem huncce obseruarem. Suscipe igitur, Pater Optime, hanc deuotissimi animi mei tesseram, placide atque benigne. Ego vicissim, non tantum ulterius, quoad vixero, in filiali hac veneratione persistam, verum etiam, quamdiu Deus eam mihi felicitatem concesserit, ut Te mihimet in hac vita frui liceat, perpetuis, calidisque pro perenni Tua incolumitate & salute precibus fundendis, immorabor; permansurus

Parentis mei Honoratissimi

*Filius obedientissimus*

**ISAACVS LITHOVIUS.**



PROOEMIUM.

**Q**Uum in ecclesia euangelica, nuperis praesertim temporibus, multi exstiterint, & numerus eorum indies accrescere videatur, qui se met a communione eius, tanquam *sectae cuiusdam Euangeticae*, separant, cuiusvis quidem veri christiani officium est, eiusmodi separationibus, in summum totius christianismi detrimentum, tandem desituris, omnibus viribus obuiam ire, qui ceteroquin donis ad hoc necessariis, a Deo instructus est. Illis tamen prae ceteris hoc incumbit, quibus Deus curam ecclesiae suae commisit. Verum hoc ab ipsis non violenter fieri debet, minis, carcere, flamma, & ferro, ceu fit in *Babele*; sed ea ratione, ut non tantum euidenter ipsis ostendant, superuacaneas & iniustas, immo perniciosas eorum separationes esse; verum etiam argumenta eorum, quibus easdem necessarias & iustas esse probare nituntur, solide, mansuete tamen & amice, refellant. Neque alia est causa, quae me permouit, ut in hoc iuuenili studiorum meorum specimine, *separatissimum* eligerem examinandum. Hoc autem commodissime fieri posse existimo, si totum hoc opusculum in duo capita diuisero. In

I:º C. argumenta contra *separatismum*, cuius duae sunt classes, adducturus; quod melioris ordinis causa, in tria membra distribuam, & in I:º argumenta contra *separatismum* generalia; in 2:º argumenta speciatim contra primum genus; in 3:º speciatim contra secundum genus *Separatistarum* directa, adferam. In II. C. argumenta ipsorum examinaturus; quod rursus in duo membra distinguetur, ut in 1:º primi, in 2:º secundi generis, *Separatarum* argumenta, considerentur.

## CAPITIS I.

## MEMBRVM I.

*Exhibens argumenta contra separatismum generalia.*

## Σύνοψις.

<i>Separatio alia licita &amp; mandata, alia illicita &amp; prohibita, §. I.</i>	II:º quia repugnat praxi sanctorum V. & N: Test. §. VI.
<i>Separatio prohibita, quae nobis separatismus audit, quique hic in sensum venit, est duplicis generis, §. II.</i>	III:º quia separatismum multa damna sequuntur I:º respectu totius christianiſmi. §. VII. 2:º respectu Ecclesiae Euangelicae. 3:º respectu impiorum, in ecclesia Euangelica existentium. §. VIII.
<i>Separatistae antiqui &amp; recentiores, §. §. III. IV.</i>	4:º Respectu ipsorum Separatarum §. IX. X.
<i>Separatismus ab ecclesia Euangelica est illicitus: I:º quia in verbe Dei prohibitus, §. V.</i>	§. I.

**A**Nte omnia autem e re esse arbitror, ut indicemus, quid

[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

Wm. [illegible]

[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

Jer. XV. 19. Si converteris, convertam & te, si versus fueris, factus  
converter ad te, et ante faciem meam stabis, et si separaveris  
preciosum a vile, quasi os meum eris. Id. convertentur  
ipfi ad te, et tu non converteris ad eos

Eccl. I. 24. Religio munda et immaculata apud Deum et Pa-  
trem Edo est, visitare pupillos et viduas, in tribulatione  
off, et immaculatum se custodire ab hoc seculo. Id. ut  
sevel se immaculatum ab impijs quorum mundus  
plenus est, conversatione familiari. Id. Hoc in explicatio dicitur  
huius.

Cor. IV. 14. videlicet explicatio Hockii.

Proculus Paulus in Rom. 9. et 11. as-  
serens et evincens Israelitas vocatis  
gentilibus, non <sup>per omnia</sup> et reprobatos, non so-  
lum <sup>unquam</sup> <sup>inter</sup> Israelitarum, sed  
Judaeorum intelligit qui <sup>in</sup> <sup>his</sup> <sup>partibus</sup> <sup>dege-</sup>  
rant Galilaea et Judaea <sup>prope</sup> <sup>ante-</sup>  
antur, sed etiam <sup>qui</sup> <sup>in</sup> <sup>his</sup> <sup>partibus</sup> <sup>dege-</sup>  
rorum et <sup>quandocumque</sup> <sup>et</sup> <sup>filijs</sup> <sup>Israelis</sup>  
nandi vel dunt vel antea, ~~et postea~~  
perferant <sup>perferendi</sup> <sup>essent</sup> <sup>erant.</sup>

quid in hoc opusculo per *separatismum* indigitemus. Notandum igitur est, non intelligi 1:o separationem ab eiusmodi ecclesiae communiōe, in qua aut falsa, i. e. verbo Dei contraria doctrina, in rebus ad salutem scitu necessariis, publice & communiter docetur; aut falsus & idololatria permixtus Dei cultus, publice exercetur, & omnes, qui membra illius ecclesiae esse volunt, ad illam amplectendam, credendam & profitendam, atque hunc exercendum, vel saltem approbandum, necessario obligantur. Qualis quidem separatio non tantum est licita, verum etiā necessaria, *Esa. LII. 11. Jer. LI. 6. Apoc. XVIII. 4. &c.* Quibus saluberrimis admonitionibus obstricti, beati nostri maiores separationem fecerunt, cum opera b. *Lutheri* e papismo exirent. Atque talem nos separationem eo confidentius contra *Indifferentistas* tuemur, quo euidētius sacrae litterae eandem inculcant. Neque 2:o intelligi separationem a quouis peccaminoso impiorum consortio, vel alioquin amica & familiari cum ipsis conuersatione, de quo separationis genere agitur *Jer. XV. 19. Jac. I. 27. II. Cor. VI. 14. &c.* Tantum abest, ut hanc separationem reiiciamus, ut eam cuiuslibet veri nominis Christiano ultro tribuamus, ceu requisitum quoddam, quo destitui non possit. Nec 3:o intelligi auersionem & separationem a Deo, licet haec cum *separatismo* arcto coniuncta sit nexu. De qua legitur *Esa LIX. 2.* Separamur autem a Deo variis modis; partim, ut est lumen intellectus nostri, & tum vagamur in tenebris, *Eph. IV. 17. 18.* partim, ut est vita voluntatis nostrae, eandem ad bonas operationes mouens & sollicitans, *Eph. V. 18. 19.* partim, ut est summum animi nostri bonum & gaudium,

Rom. I. 28. 29. 30. partim denique, ut est felicitas nostra, & tum a facie Dei absconditi, in dolores corporis, angoresque conscientiae diuturnos maximosque proiicimur, Ps. XIII. 3. His tot tantisque modis a Deo diuellimur (a). sed 4:0 ille separatismus heic in censum venit, quem illi committunt, qui *se ab ecclesiae Evangelicae communione, aut publicis eius sacris, separant* (b); vnde *Separatarum* nomen illis haesit.

## § II.

**P**orro hic praenotandum est, eos, qui hunc separatismum colunt, in duas classes potissimum abire. Alii sunt, qui omnes in vniuersum visibiles ecclesias tanquam *sectas Babelicas*, omnemque plane cultum Dei externum, ceu falsum in N. T. damnant & reiiciunt, proptereaque post separationem ab ecclesia Evangelica factam, soli sibi met, & ab omnibus ecclesiis, segreges manserunt. Alii sunt, qui quidem aliquam in mundo visibilem ecclesiam confitentur, cultumque Dei externum verum esse agnoscunt; negant tamen ecclesiam Evangelicam esse veram visibilem ecclesiam, cultumque Dei externum in ea usitatum, esse verum: adeoque ab ea egressi, nouam perfecte sanctam ecclesiam, quae ex ipsorum mente demum vera sit, colligere coeperunt.

## § III.

**Q**uod vero in ecclesia Evangelica *Separatistae* semper inde ab illius initio, vsque ad nostra tempora, per

(a) Vid. B. D. Fechtius, tractatione scholast. de statu damnatorum, §. LVI. p. n<sup>o</sup> 76. 77. (b) De illis Separatistis, qui ab aliis ecclesiis vel sectis, vt Pontificia, Calviniana, &c. exierunt, heic nobis non est sermo.



proet in judaeos seu Israelitas, tunc  
temporis judaica facta in Pale-  
stina vel in alij locis reversa pro-  
fitente, <sup>et in illo tempore</sup> Cap. 9: 24. 26. 31. 32. 33.  
Cap. 10: 1. 2. 3. Cap. 11: 5. 7. 8. - 12. 14.  
15. 17. - 21. 25. 26. 31. ~~non~~ non e-  
nim non potest Apostolus hoc  
tunc temporis reversa religioni  
judaica addictis et insedulis  
Israelitas in exemplum reje-  
ctionis coram gentilibus ad-  
ducere, ~~essent~~ quippe qui erant  
~~in incred et pernicitate~~ po-  
litice plerumque et in insedu-  
litate sua ethnici tanversis  
et Roma et alibi optime  
cogniti, ex quorum exemplo  
etiam ethnici augurium  
quantumvis fati male ra-  
piebant, totam omnino posse-  
sionem per omnia esse absolu-  
to quodam ~~de~~ jamjam detracto  
reprobata et in aeternum

et omni gratia universalis -  
participatione exclusam.

Cap. II: 1. Nihil semen unum est  
populus de tota <sup>omni</sup> Abrahami et  
Jacobi Israelis posteritate, quam  
docent, quotum dispersa, ubi-  
tunc ~~de~~ ~~globo~~ terraqueo de-  
gente, et qualia cum sacra pro-  
fitente, Ap. solo heic est ser-  
mo, ut jam clarum est ex 3<sup>o</sup> &  
illis in medium prolatis rationibus,  
et adhuc 4<sup>o</sup> - quod Ap. solo non  
est sermo tam de certis personis  
in natione, v. e. de illis cum suis  
posteris, qui tempore Pauli erant  
rejecti et Christo, Cap. 9: 4. et mon-  
serunt increduli, quam de tota  
illa natione et generatione totum  
ethnicis contradistincta quibus  
ethnicis etiam <sup>in</sup> ~~in~~ Israel et  
Savi sunt annumerandi, Cap. 9:

per omnia fere secula exstiterunt, id partim ex ipsa *scriptura sacra*, partim ex historia ecclesiastica, manifestum est. Seculo Apostolico siue 1<sup>o</sup> eos iam fuisse, Apostolus haud obscure innuit *Hebr. X. 25.* aliisque in locis. Nisi enim tales iam tum exstissent, cur quaelo *Apostolus* tantopere ad cuitanda schismata vel separatismos, christianos sui temporis, fuisset exhortatus? Seculo II. *Separatistae* fuerunt *Adamiani*, utpote qui peculiare inter se conuentus instituerunt, in culpam aliquam lapsos, societate sua eiecerunt, &c. (c) Seculo III. *Nouatiani* siue *Cathari*, posterioribus temporibus dicti *Gazari*, *Catheraci*, *Patrini*, siue *Patharini*, denique *Tossepini*, appellati. Hi se solos veram esse ecclesiam iactarunt, ab aliis igitur coetibus, quos pollutos & inquinatos esse contenderunt, schismate facto, se separauerunt (d). Seculis IV. V. VI. VII. VIII. IX. *Donatistae*, originem & nomen a *Donato*, *Episcopo* quodam *Africano* nacti (e). Seculo XII. *Apostolici*, ita dicti, quod Apostolorum more, circumquaque vagarentur, se tantummodo veram Dei ecclesiam esse asseuerantes (f). Seculo XIII. XIV. *Beguardi* & *Beguinae*; eorum enim, inter caetera, dogma fuit, hominem in summo perfectionis gradu constitutum, non esse humanae obedientiae, aut NB praeceptis ecclesiae subiectum (g).


§ IV.

(c) *Rechenb. Summ. Hist. Eccl. pag. m. 56.* cfr. *Coth. Arnoldi R. und R. Hist. P. I. L. II. c. IV. §. 13.* & *D. Thom. Itiginas Hist. Eccl. secundi sec. C. VII §. 9. p. 307.* (d) *vid. Caspar. Caluoerius, Fissur. Sion. Libr. III. c. III. §. 2. & 3.* (e) *Caluoer. Fissur. Sion. Libr. IV. c. II.* (f) *vid. Caluoer. Fissur. Sion. Lib. XII. C. VI.* (g) *Rechenb. summ. Hist. Eccl. p. 396. confr. p. 444.*

## §. IV.

**S**eculo XVI. *Anabaptistae*, qui statim post reformationem Ecclesiae a *Luthero* inceptam, A:o circiter MDXXI. in Heluetia sunt exorti, & *Anabaptistae* propterea dicti, quod eos rebaptizarent, qui in infantia baptizati erant. Sunt quoque postea a quodam ipsorum Doctore *Menne Simonis*, *Mennonistae* appellati (b). *Hi*, inquit *Zuinglius*, qui apud nos certamen de baptismo exorsi sunt, antea nos saepe admonuere, ut nouam ecclesiam colligeremus, intelligentes ecclesiam, quae sine peccato esset (i). Seculo XVII. inter alios *Separatistae* eminent *Johan Mubael von Wittenberg*, primum Rector Scholae Golsianae in Lusatia inferiori, deinde in *Ahlsdorff*, *Züterbock*, *Jánickendorff* & *Cernó* Pastor (k), & *Fridericus Breckingius* pastor euangelicus *Hanteuitensis* & deinde *Svollenensis* (l). Seculi huius, quod iam decurrit XVIII. praecipui *Separatistae* sunt *Christianus Antonius Römblingius*, pastor praesidii militaris *Harburgensis* (m); *Gichteliani*, sic dicti a *Jo. Georgio Gichtel*, primum Icto *Spirensi*, deinde nouae, sed post fata, sectae conditore, A:o M.D.CC.X. *Amstelodani* vita defuncto; cuius sectatores ante viginti fere annos exorti, varios excitarunt tumultus. Vocantur etiam *fraternitas Angelica*, quod angelicam sanctitatem de se iactitent; nec non *Glaubens Leber*, propterea, quod docent veris *Christia-*

(b) *Ioachim Christiani Jehrings* gründliche Hist von Anfang und Fortgang der Tauffgesinneten p. 100. [i] in libro von Douff, Wiedertouff, Rindertouff cit. Hist. Gorb. Lib. III. C. VII. §. 1. (k) vid. eius Wagen und Wege des großen Gottes (l) Hist. Gorb. Lib. III c. VIII. §. 3. (m) vid. eius völlige Here ausführung aus Babel.



Et si rationibus tam validis, Separatismum propugnavit Clariss. Fr. deponere prior respon-  
sionem extorsit tam sufficienter, ut nihil amplius circa praesens negotium desiderari  
videatur. Interim tu cum ex colloquio inter vos instituto, Semper  
haud pauci injeoti sint, illos ad vestram deferro tribunal, informatu-  
nem, qua pars est voce contendens. Quae ut eo melius procedat  
rem a suo primordio repetam. & quidem quam maxime me moeret  
quod Sacerdos illos Effrenos, seu Silesi, Erici, cum affectu sui illis anime,  
rate, qui secessionem iniuste profugit & illicite ab <sup>Evangelica</sup> ~~matris~~ ecclesia  
secedunt. cum tamen aeternum non possit probari, se eos se se,  
parate ab ecclesia Evangelica bene quidem ab ecclesia Euthe-  
rana; quae jam vero si quis, veritatis studio, animoq; Sancto, et  
salutis sua cupido, ea quae recta, iustaque sunt agat, ita ut ea  
omnino intermittere nequeat. Si quis, gravissimis prophanis,  
tissimisque inducitur rationibus, ab alio, qui quae vera rectaque sunt  
admittere nolunt discedat, is quidem ut nullo modo vitupe-  
randus, sed laudandus potius, tantum abesse ut reprehen-  
sionem promereatur. Effrenos & affectus eorum se nunquam  
a vera ecclesia separarunt, quod exte probatur, quia  
vera ecclesiae criteria in ipsos quadrant. Quos autem  
ab ecclesia Euthera <sup>reprehenso non prolept</sup> secessionem fecerunt, perinde  
esse existimaverim cui quis additus sit religioni, modo sin-  
cere, Deum colat, et amore non infucato Deum prosequi,

*quod pag. V. dixerit auctor de Adamianis. laudabile propterea est et o-  
standum ut idem in nostra fuerit ecclesia.*

DE SEPARATISMO.

*Nulla religio  
doctrina  
quae  
est  
vera  
et  
sola  
imp  
mixta  
existima  
verim  
congrua  
esse*

stianis, qui providentiae divinae confidunt (glauben), omnia  
vitae alimenta, sine propria cura & villo labore, suppeter  
(n). Hodie, teste Io. Georg. Walchio (o) pleriq; ipsorum Bero-  
lini, Magdeburgi, & Nordhausiae commorantur. His aña  
merandi sunt nuperi in Suecia & Finnia Separatistae,  
qui non ita pridem ab ecclesiae Evangelicae communio-  
ne penitus egrediebantur. Inter eos praecipui erant  
duo fratres *Essenii*, alioquin filii *Eriiz* ex Ostrobotnia  
oriundi, qui nunc, ut inaudiui, *Fridericostadii* in Hol-  
sattia versantur. Circa initium huius seculi fuit etiam  
*Godofridus Arnoldus*, aliquamdiu Separatismo addictus\*: Ve-  
rum illum ad ecclesiam evangelicam rediisse, ex eo col-  
ligi potest, quod functionem ecclesiasticam deinde susce-  
perit, inque ea statione, ad obitum vsque persevera-  
uerit\*\*. *N. Paulus ipse se a Barnaba se*

*est  
regia  
sua  
dormientibus  
propr  
niam  
tam no-  
dici  
vult  
et  
potes  
gam  
navent.*

*cuic  
et  
satis  
quod  
velit  
ex  
qua  
sentit  
dicere  
concedat.*

*et  
omnes  
qui  
aqua  
likes  
in  
Christum  
coedent  
et  
Christum  
sunt  
filio  
Dai,  
quo  
mouent  
essam  
intellecto,  
capite*

*##  
Christi  
in  
o  
dich  
math.  
x  
14  
Christi  
non  
rece  
perit  
vot  
neq;  
aucte  
rit  
sermo  
nes  
vestras  
ex  
eant  
loras  
de  
domo  
l.  
civitate  
illo,  
ex  
ictate  
pulverem  
de  
pedibus  
vestris*

**Q**uod autem hi omnes, quos recensuimus, aliique  
eorum consortes, iniuste prorsus & illicite secessio-  
nem ab ecclesia Evangelica fecerint, id nunc porro ibi-  
mus probatum. Iniustus & illicitus est hic Separatismus  
I: o quia schistrata a communione verae ecclesiae, (quan-  
tem ecclesiam Evangelicam esse, ex infra dicendis pa-  
tebit) in verbo Dei non tantum in r opera carnis nu-  
merantur Gal. V. 20. verum etiam expresse reprehen-  
ditur de domo l. civitate illo, ex ictate pulverem de pedibus vestris

*et  
Tomine  
suo  
re  
pient  
existimaverim  
esse  
Christianum  
et  
ecclesiam  
confite  
ere  
Christi*

(n) Vid. Io. B. Reinhardt's Prüfunge des Geistes der Neuen  
Engels Bruderschaft. (o) Einl. in die vornehmsten Relia.  
Streitigt. C. VI. S. 15. \* vid. D. Fechtius exam. Theol. Indiff.  
C. XIV. \*\* conf. vitae illius descriptio p. 9. & 11. quae praemis-  
sa est der Wahre Abbildung der Ersten Christen.

*N. existimaverim Deum si veritas religionis non esset necessaria,  
ipsum determinatum esse, quod facile potuisset operari, unam  
religionem: id autem cum omiserit Deum, sapi existimaverim  
diversis notis, quam uno se colendi modo delectari.*

*in quibus*

*corruptissimum viderent ecclesiam statim. Neq[ue] tantum in ritibus et  
ad remonij nari quam plurimi irrepererunt, sed ipse cultus Divinus  
institutijs idolo*

DISPUTATIO THEOLOGICA

*leticia contami* duntur 1. Cor. I. 12. III. 4. immo aliquando a Deo graui-  
*nady est. Ad hoc* ter punita esse leguntur. Num. XVI.

*ritia minime ferenda* dum indicantur §. VI.

*caj ut emendand*  
*nihil sine q[ui] repu*  
*lensi debeat*  
*exeriat. Sed tan*  
*tum abest ut po*  
*stulati eaj long*  
*ge a quib[us]q[ue]*  
*locq[ue] relinque*  
*ty, ut possint*  
*qua corrigi de*  
*bant, cui recta*  
*et bona defende*  
*rentur, pallio*  
*rentis et confu*  
*maxentis. de*  
*ditum. p. p[ro]d. Meth.*

**Q**uia Ihesus sancti V. & N. T. nunquam sese a vera ecclesia, aut vero Dei cultu in ea vsitato, separatius pelebant, Prophetas a communiione ecclesiae Iudaicae, licet ab impijs minime esset immunis, aut cultu Dei publico, semet separasse, vel alios ad eiusmodi separatismum exhortatos esse, nusquam legimus. Ita nec ipsum Saluatorem nostrum, cum in his terris ageret, illud vnquam fecisse constat, sed potius inde ab initio vsque ad finem vitae suae, in communiione istius ecclesiae mansisse. Nam non tantum, in infantia sua, se circumcidi, & in templum portari, passus est, verum etiam adhuc duodecennis vna cum parentibus suis, festum Paschaecos celebraturus, Hierosolymam accessit; immo saepe postea quoque populum publice, ritibus & tempore apud Iudaeos consuetis, docturus, templum & synagogas intrauit. Neque Apostoli illius vlla in parte communiionem ecclesiae Iudaicae eo vsque deseruerunt, do-hec Saluator, morte sua, finem cultui illius ecclesiae publico, imponeret, eundemque penitus abrogaret. Et quamquam post mortem Saluatoris, cultum Dei Iudaicum, quoad ea capita, quae proprie ad V. T. pertinebant, vt circumcisiõem, agnum paschale, sacrificia &c. non seruarunt; in iis enim partibus non tum amplius, quemadmodum eo vsque, verus Dei cultus erat: in reliquis tamen partibus istud non fecerunt, sed saepe in templo ac synagogis vna cum Iudaeis adfuerunt Act. III. 1. XVII. 17. Praeterea ipsi inter se non tantum in domibus et quilibet intra se de sententia sua certare esse debeat. priuæ

*Rom. 14. 4. 5. Ne*  
*judicemus seruam*  
*alienum, cum do*  
*mino suo stet, et*  
*domino suo dicit*  
*et quilibet intra se de sententia sua certare esse debeat.*

*ut tamen separationem propterea etiam esse tolerabilem, eorum seminida*  
*monum inferat, et si inferat, sibi ipsi inferat, qui tunc in modum se*  
*ab externo coetu separaret.*



*[The page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document. The text is too light to transcribe accurately.]*

Deus non requirit plus quod ut homo illum ex toto pectore diligat  
modum vero quo non respicitur

hic opus est, ut homo sublimi illa cognitione imbutus sit. hoc enim inflat hominem  
felle apostolo. Quantum vero homini ad salutem necessarium sit  
per interna illum docet ieremias. Jer. II. 27. ex quo etiam pro-  
bat, eos non indigere ex tero quodam ministro. et apostolo  
si ipsi iniecerint simpliciter facite presentiam et  
credite Evangelio.

hoc non per se sed per accidens fit. Quia enim nescit quis  
et quam vehementer controuersit, odia et calumnia inter eos  
inueniuntur quam alios ex eua nostra Evangelium ecclesie separa-  
tione a Pontificia promouerunt. Si iam propterea tra-  
ctus separatim illud esset, ad huc nos etiam in tenebris  
non fixum curarem. et quomodo per separationem  
priorem beati maioris nostri, etiam ad illam nunquam  
satis laudabilem reformationem peruenirent, sic nos etiam  
spemur, ad mihi voverimus, ut per hanc nostram deinde  
factam separationem, Deo auxiliante fieri, ut quae re-  
manda restent, ac hinc reformentur

*In voluntatis immutatione & d' co Christianand religiois conpessio  
 si voluntas hominis a suis seculi immunditate et de seculis extra  
 ducatur, ut homo semet ipsum abnegat, ut mundi illecebras repud  
 dicem mittat, ut propriam nominis existimationem corporis  
 voluptates*

DE SEPARATISMO.

privatis, sed etiam in templo, haud infrequenter congregati fuerunt *Act. II. 46.* Vnde satis apparet, ipsos nunquam ab ecclesiae verae communiōe, quamvis eidem multi impii essent intermixti, aut cultus diuini publici exercitio, descivisse: quod sine omni dubio fecissent, si novissent id iustum ac necessarium esse.

§. VII. *Dei amoris et proximi sepe unice  
 confiteri, hoc est scripturae reddere  
 et fidem in Christum ponere.*

**Q**uia III. hic separatismus variorum eorumque grauiorum damnorum foecunda mater est, *et sic non ponere.* respectu totius Christianismi, qui per illum in nouas sectas, quarum pro dolor! iam satis antea vberimus est proventus, discinditur. Vnde porro mutua inter Christianos odia, nouae controuersiae, lites & calumniae, necessario fluunt & augentur; pax autem & caritas, quam omnes christianos inter se inuicem, quouis modo, etari, procurare & conseruare oportet, magis magisque extinguitur, ceu experientia satis superque testatur. Quot enim sectas Anabaptistae, postquam ab ecclesia euangelica defecerant, in Christianismum produxerunt; quot & quam vehementes etiam controuersiae, odia & calumniae tam inter eos ipsos inuicem, quam alios, inde promanarunt ex annalibus anabaptisticis abunde manifestum est (p). Hinc rursus aliud nouum, idq; grauissimū damnum, in christianismum redundat, quod ille penes omnes infideles, *Turcas & Gentiles*, qui has lites & sectas vident & audiunt, in summum odium inducitur, eoque illorum conuersioni ad christianismum, maximum obicitur impedimentum. Et iam hoc verum esse, experientia docuit. Recens exstat

B

(p) vid. inter alios Febrings Grundl. Hist. von Anf. und Fortg. der Lauffgesinneten; & Oerlii Annales anabaptist. *Non bonum prole*

*Et homini inspicere nisi homo illud ipsum velit. Nam nulla est opus  
 quibus salutaris, nisi doceat cognoscere, ad se appetitum, atq; idem  
 et fiducia in semet cognitam prope sic clara essent verba, si  
 quis voluntatem patris seculi cognosset, de doctrina d' trinitate  
 sed ubi aperte videtur procedere voluntatis emendationem, et hinc*

exemplum in imperatore quodam *Sinesium*, quem propter lites & controuersias mutuis missionariorum, ad o in christianos offensum fuisse testatur, *Papa Clemens XI. (q)* vt minatus fuerit, ex vniuerso suo imperio missionarios omnes se eiectionem, simulque illis sub grauib. indictis poenis, christianae legis non tantum praedicationem, sed etiam professionem omnino inhibiturum.

§. VIII.

2:0 **R**espectu ipsius ecclesiae Evangelicae; quae per *separatissimum* 1:0 non tantum non promouetur, aut in meliorem statum redigitur, sed potius destruitur; quum alii piorum, praesertim simpliciores, ad communionem illius plane deserendam eo seducantur; alii, vel penitus ab incepta pietate deficient, vel saltem in zelo illius, atque studio in eadem accrescendi, intepescant, veriti, ne ipsi quoque in eiusmodi perniciosos *separatissimos* tandem incidant, si maiori, quam vulgo fieri solet, pietati, studere incipiant. 2:0 penes aduersarios suos immerito in hanc suspicionem incurrit, quod vel doctrina eius sit falsa, cum tot etiam eruditi & rerum sacrarum periti viri cateruatim ab eadem vltro discedant: quam peruersam de illius doctrina opinionem, inprimis *Pontificii*, alioquin etiam fouent; vel quod vera in ipsa pietas non toleretur, cum ii, qui verae pietati studere videntur, certatim quasi ab illius communiione deficient. Ex his denique alia sequuntur mala, ex. gr. quod non solum ecclesiam Evangelicam calumniis proscindant, verum etiam ab amplexanda vera euangelii doctrina, quae in ea docetur, deterreantur. 3:0 *Respectu impiorum in externa ecclesiae*

(q) In Orat. Confist. p. 263. cit. hist. Garb. L. III. c. II. §. 6.

*elisiae euangelicae communionem uiuentium*, quos non raro usque adeo offendit *separatismus*, ut in colenda uera & non fucata pietate, plurimum praepediantur. Cum enim uident eos, qui maiori, quam vulgo fieri solet, studio ac zelo, pietati student, tandem saepe in schismata adeo periculosa ruere, existimant zelum eiusmodi pietatis non esse uerum & sincerum, sed falsum & hypocriticum, uel saltem nimium; ideo, ne idem sibi, quod ipsis, eueniat, tutissimum opinantur, uulgari pietate acquiescere, & ab eiusmodi, ut ipsi putant, nimio zelo, sibi diligentissime cauere. Adeoque etiam a uera conuersione detinentur, in impietate autem & securitate ualide confirmantur.

## §. IX.

**S**ed nec 4:0 *Respectu ipsorum Separatistarum*, minora damna e *separatismo* promanant. Nam experientia teste, plerumque apud ipsos eundem comitatur *uoluptas* *uoluptatis* *coelestis*, ut perinde esse existiment, siue quis habeat ueram & uerbo Dei conformem rerum diuinarum noticiam, siue minus, modo pietati, qualem ipsi requirunt, operam nauet. Hoc suo exemplo *Römlingius*, *Gichteliani*, *Mennonistae*, alique *Separatistae* abunde testantur. Um gewisse sonderbare Meinungen, ait *Römlingius*, in dieser oder jener Sache, zu haben, ist es mit gar nicht zu thun, den solcherwegen hat man sich bis daher in Basel lange genug geandert, &c. (r). De *Gichteliani* inquit *Reinhardus*: die Englische Bruderschaft bestehet aus unterschiedlichen Religions Verwandten, die sich alle zu Hauff untereinander

B 2

ans

(r) *vid. eius* völlige Herausf. aus *Babel* p. 94.

ander verbrüdern und vergliedern (s); adeoque perinde ipsi est, qualem quis religionem & doctrinam profiteatur. 2:o *Veritatis contemptae amissio, & in errores omnis generis prolapsio*, quod rursus exempla comprobant. Vix credi potest, in quot & quanta deliria *Gichtelius*, & aecclae eius, post *separationem* ab ecclesia Evangelica factam, sint prolapsi. De Adamo fabulantur, illum ante lapsum intestinis destitutum fuisse, eundem fuisse hermaphroditum, hominem ambigui sexus, facultate imaginandi semetipsum impraegnasse &c. Es stunde, ita loquitur *Gichtelius*, nicht der erste Adam wieder auff von dem Schlaf, sondern der zertheilte in Man und Weib, mit Thierischen Magen, Gedärm und Scham, welche der erste Adam nicht hatte (r). Et alibi: Adam solte sich auf Paradiesische Art, durch die Einbildungs Krafft schwengern, wie Maria, und ohne Zerzeiung vermehren (u). Fabulantur etiam, hominem regnitum aliis hominibus salutem posse mereri: Wir stellen, sunt verba eiusdem *Gichtelii*, unser Leben, als ein anathema dar, und dienen dem Altar als Geistliche Priester, und bitten für unsere Bruder in aller Welt, Juden, Türcken, Heiden, heiltien und opfern unsere Seele für ihre Gott in Christo Jesu, auf daß sie mit Gott versöhnet, auch mit dem Heiligen Geiste gesalbet, und der verderbliche Zorn Gottes in aller Creatur gelöscht und gelegen werden möge (x). Imo non solum salutem mereri, verum etiam damnatos ab inferno posse se liberare. *Gichtelius* ipse de se gloriatur: Ich habe einen milden Gurtkäser, der sich selbst entleibet, durch die verborgene krafft JE-  
 lu,

(s) Io. B. Reinh. Prüf. des Geistes der neuen Engelsbr. pag. 26 (r) *Gicht. Theof. Sendschr. P. I. p. 61.* (u) *Gicht. l. c. p. 272.* (x) *Gicht. Theof. S. Schr. P. III. p. 20.*

su, mir im centro der Celen eröffnet, ex Luc. XVI. aus dem Hölischen Feuer herauskriegt, wiewohl michs 7. Jahr einen strengen Ernst gekostet (1). *Anabaptistarum errores*, in quos post secessionem ab ecclesia evangelica inciderunt, satis noti sunt, & ab ipsis etiam postmodum magnam partem agniti & reiecti. Ita quoque *Römlingius* segrex, in varios, eosque admodum periculosos errores se praecipitem dedit, vt ex scriptis illius satis apparet, (2).

## §. X.

**S**Olet 3:0 plerumque factus spiritualis *separatissimum* comitari, vt seiplos solos *Separatistae* pro veris Christianis venditent, ceteros omnes, qui cum ipsis non faciunt, pro caecis, carnalibus, profanis & hypocritis habeant & traducant. Id denuo experientia satis pro dolor! superque docuit. *Römlingius* non solummodo omnes impios a *separatismo* illius alienos, caecos Babylonios vebique appellat, sed piissimos etiam quosuis, qui tantummodo ab ipso dissidebant, hoc probroso nomine exagitat (a). Quanta etiam *Iohannes Michael von Wittenberg* spirituali superbia occupatus fuerat, vel ex his illius verbis euidenter satis elucet: Mit diesem Probierestein habe ich Heuchler gefunden die drey Hauptlecken: Papisten, Lutheraner, Reformirte; die Schwermer und Rottirer, als Meñisten, Chiliaften, Tröcker, Schwencfelder, Pietisten, und wie sie mehr nahmen haben. Heuchler habe ich befunden die hochgelahrten Lehrer, als Epenern, Scribern, Horbium, Pettersen, Francken, und ihres gleichen. Heuchler

(1) *Gicht. L. c. P. I. p. 293.* (2) *vid. impr. eius völliäe Herausf. aus Babel.* (a) *vid. C. IV. & V. in eius Treuherzige Erwedungss Stimme an alle in Babel.*

*Sicut enim ipse dicit veram ecclesiam de seipso non esse inter  
Pontificios, Sacerdotes, Presbyteros, Pastores, sed spirituales collectas  
Adam in uno Evangelio et deinde sub invocante Christo Jesu.*

DISPUTATIO THEOLOGICA

ter habe ich gefunden die vor from geschäftste Die-  
genten, Bileger, und andre Leute. Den einer wie alle,  
und alle wie einer, befeisigen sich deswegen mit jenen Pha-  
rissern einer sonderlichen Berechtigkeit und Heiligkeit, daß  
sie nur dadurch bey denen geuten scheinen mögen (b). Ana-  
baptistae initio Evangelicos & Pontificios omnes sine discrimi-  
mine, tanquam profanos & carnales homines, alto super-  
cilio contemnebant atque damnabant. Postea autem cum  
sectae inter ipsos exorirentur, etiam inter se mutuo idem  
fecerunt. Frisi Vaterlandos ab ipsis separatos, & Vaterlan-  
di vicissim: Frisos, Flamingii utrosque, & vtrique rursus  
Flamingios, tanquam sectarios profanos ad orcum damnarunt,  
sibi solis nomen verorum Christianorum, & salutem,  
arrogantes: Sie haben, inquit Zehringius, nicht allein dieje-  
nige, welche sich gar nicht zur Lauffgestiheten Gemeinschaft  
halten. z. g. Lutheraner, Reformirten &c. von Seelig-  
keit ausgeschlossen, sondern eine jede Parthey unter ihnen selbst  
hat sich sehr erhoben, daß sie alleine Gottes Gemeine zu seyn  
vermeinete, und die andern gänzlich verdammete (c). Ex  
his omnibus, rite consideratis, iam cuius facile patere  
arbitror, separatismum hunc plane iniustum & illicitum  
esse. Nam quid, quaeso, demum erit iniustum & illicitum,  
nisi hoc, quod diserte, inter opera carnis, in ver-  
bo Dei numeratur, quod Prophetae, Saluator noster,  
discipuli eius, aliique veri Christiani, iniustum illicitum-  
que reputarunt, quo Christianismus in sectas discinditur,  
caritas inter Christianos exstinguitur, lites & inimicitiae  
excitantur, infidelium conversio ad Christianismum im-  
pediuntur, pudicitiam promptitudinem in se pe-  
nicendi & reliq. (b) in Wagen und Wege Gottes p. III. p. 57. (c) Gründ-  
liche sequitur esse ex adeo legem, quantum per Romanam  
indistinctam fieri potest impletam in. Sed oia a paucis  
sic dicit Christianis, a perceptivimig autem Gentilibus fit.  
No. Romanam patem amat etiam Deum

*Sicut dicit  
Epistola ad  
Romanos XIII  
8. Gal. V. 14. nec  
enim ultra legem  
impletionem qua  
quam aliud, bene  
nec notitiam re  
divinam requiri  
Qui n legem im-  
plet salutem  
adipiscit. Math.  
XIX. 17. iam si  
quis proximum  
amore & sic  
sed sincero exor-  
denti prosequat  
tum ex hoc an-  
te omnia virtutem  
secundum ha-  
bita cetera  
ad potest miser-  
cordiam, loci  
fatem, humanitatem, pudicitiam promptitudinem in se pe-  
nicendi & reliq. (b)  
quae sic pron-  
te sequitur esse ex  
indistinctam fieri  
sic dicit Christianis,  
No. Romanam*



in praef. l. b. g. Symbolicorum haec leguntur verba. nequaquam dubitamus  
multos prios, & minime malos homines, in ijs etiam ecclesijs, quos  
nobiscum non sentiant, reperiri, qui simplicitatem quorundam  
suam sequantur, & negotium quidem ipsum non probe intelli-  
gant. 13. Tantus inter Gentiles simpliciorum, qui vel ingenio  
deficientiorum, l. occasione veritatem ab errore discernendi,  
parati interea veritati credere, ubi rectis fuerint infor-  
mati. de ijs loquor, non de illis qui veriorum doctrinam  
cognoscere possent, sed id tñ. vel ex malitia vel ex  
ignorantia intermittunt, illos existimaverim non  
salvari posse, quousque veritatem non admittant  
l. eandem oppugnent.

Denegatum est illis iusto nobis tñ. inperveffigabili  
Pci consilio veritatem cognoscere. Nisi illa miracula facta  
essent in Syro et Sidone quae in facta sunt jam dudum poeni-  
tentiam egissent. interim clarum existimaverim esse Gentiles,  
qui Pci etiam fictitium uim adare et zelo colere Leo-  
dem etiam veram. Nomen si eius cognitione imbuti  
essent eodem studio cultores. et id Pci benignitati tri-  
buimus, et quod rem ex intentione & timore. l. e. respicit  
non quae agimus, sed quae agere vellemus si in nostra  
potestate id esset constitutum.

14. Propterea aeternam assequi possem salutem, quae hinc vel  
illi religioni adducti sum, nisi a secessisset fides et pie-  
tas, h. e. nisi vitam et mores emendaverim, et fidem  
in Christum collocaverim.

Ms. annot. fr. a pag. 17. de medicis salubris

peditur, vera Dei ecclesia destruitur, impii a conuersione & verae pietatis studio deterrentur, veritas amittitur, & denique superbiam spirituales indivulso fere nexu comitem habet? quae omnia de *Separatismo* hoc vere asseuerari posse, ex supra dictis manifestum est. Et haec erant argumenta illa generalia *Separatistis* opponenda; nunc alia, contra vtrumque eorum genus in specie directa, proponemus.

## CAPITIS I.

## MEMBRVM II.

*Sistens argumenta specialia contra primum genus Separatistarum.*

Σύνοψις.

<p><i>Separatismus huius generis est illicitus I:O quia etiam in N. T. externus Dei cultus requiritur.</i></p>	<p><i>rarores &amp; Reges ad persequendos sanctos incitat. §. V.</i></p>
<p><i>II:O Quia Sacramenta sunt vera &amp; necessaria salutis media.</i></p>	<p><i>5:O Idem Pseudopropheta insignis propagator. §. VI.</i></p>
<p><i>III:O Quia ecclesia Euangelica non est Babel illa, ex qua exire iubemur.</i></p>	<p><i>7:O Qui sedem habet in templo Dei, &amp; speciatim Romae. 8:O potestatem sibi arrogat in omnia Divina &amp; humana §. VII.</i></p>
<p><i>Nam ea intelligitur 1:O Tyrannicus quidam verae ecclesiae locus.</i></p>	<p><i>9:O a quo ecclesia Dei ad Sec. XVI. esset opprimenda. §. VIII.</i></p>
<p><i>2:O Tempore Apostoli Pauli exortus, 3:O Restaurator Monarchiae Romanae 4:O qui Impe-</i></p>	<p><i>Papa Romanus cum affectis suis est hostis ille, §§. IX. X. XI. XII. Ex his autem attributis Babelis, nullum quod ad in ecclesiam euangelicam. §. XIII.</i></p>
	<p>§. I.</p>

## §. I.

**S***eparatistas* primi generis (M. I. §. 2.) iniuste prorsus & illicite secessionem facere ab ecclesia Evangelica, patet I.º ex eo, quia non tantum internus, sed etiam externus Dei cultus, non minus in nouo, ac in veteri testamento, ab omnibus fidelibus exigitur. Quoniam cultus Dei externus nihil aliud est, quam declaratio cultus interni, per verba, gestus & facta, quoties res ipsa postulauerit, aut commoda occasio tulerit; in amplificationem gloriae diuinæ, & exstimulationem aliorum ad vere & reuerenter colendum Deum. Certe, quisquis dictis factisque Deum laedere, sibi religioni non duceat, aut dictis factisque internum cultum demonstrare nollet, is minime cultum internum Deo tribuere dici poterit. Huc conuenienter referimus hortationem Apostolicam: *Laudate Deum in anima & corpore vestro, quia illa sunt Dei* 1. Cor. VI, 20. Vbi discrete requiritur, vt non tantum anima i. e. interne, vel internis spiritualibus & piis actibus, qui intus in animo fiunt; verum etiam corpore, vel externis pietatis exercitiis, quae membris corporis peraguntur, Deum laudemus, h. e. cultum ei exhibeamus. Idem porro probatur exemplo primitiuae ecclesiae, in qua etiam externum Dei cultum semper usitatum fuisse, legimus. Constat enim ex *actis Apostolicis*, Christianos seculo Apostolico, sequenter conuenisse, ad audiendum verbum Dei, preces & gratiarum actiones instituendas, hymnos spirituales cantandos, &c. *act. II. 42, 46. III. 1. XIII. 5. XX. 7.* Ita & Christiani seculi II.º frequentes conuentus, cultus Divini externi causa, instituere soliti fuerunt. *Die Christen*, inquit *Plinius juni-*

er, pflegten an einen gewissen Tag früh, ehe es Licht würde, zusammen zu kommen, dabey sie mit einander Christo, als einen Gott zu Ehren, ein Lied sangen, und sich zu Enthaltung von allen Kaskern, verbänden; Darauf pflegten sie von einander zu gehen, und wiederum zusammen zu kommen &c. (d). Idem quoque testatur *Justinus Martyr* scriptor eiusdem seculi. Wir sind, ait ille, unausföhrlich bey einander, und in allem was wir darbringen, loben und preisen wir den Schöpffer aller Dinge, durch seinen Sohn Jesum und den Heiligen Geist. An dem so genandten Sonntag, kommen alle an einen Ort zusammen, die in der Städten oder auf dem Lande wohnen, da den die Schriften der Propheten und Apostel, so viel die Zeit leidet, gelesen werden. Darauf wenn der Leser aufhöret, hält der Vorsteher eine Rede, darinnen er das Volk unterweist, und zur Nachfolge solcher herrlichen Dinge vermahnet (e).

## §. II.

II. **O** Via sacramenta, baptisimus & Sacra coena, sunt non tantum ordinaria illa media, quibus Deus extra casum necessitatis, in saluandis hominibus, utitur. *Marc. XVI. 16. Job. III. 5. 1. Pet. III. 21. Matth. XXVI. 27. 28. 1. Cor. X. 16. cfr. C. XI. 29.* Verum etiam vsus eorum omnibus veris christianis a Deo, ipso eorum auctore, serio est mandatus. De baptizandis, sine discrimine omnibus, qui in numerum discipulorum Christi, i. e. Christianorum sunt recipiendi, clarum ipsius mandatum exstat *Matth. XXVIII. 19. (f)*, Similiter quoque de eo, quod omnes veri eius discipuli i. e. Christiani, sacramento coenae uti

C

*admittit auctorem  
in unum alios media  
facere proprie in  
hoc videtur auctorem  
f. baptisimus*

(d) *Lib. X. Epist. 97. ap. G. Arnold. S. und S. Hist. P. I. Lib. II. C. III. § 4. (e) Apol. II: p. 98. cit. G. Arnold. P. I. L. II. C. III. §. 5. (f) μαθητεύειν proprie significat discipulos facere.*

debeant, luculentum eius praeceptum legitur in verbis institutionis; in quibus mera imperatiua, *edite, bibite, facite*, occurrunt; quod ipsum non tantum ab Apostolo Paulo repetitur, verum etiam iuxta indicatur, Christianis mandatum esse, ut illud faciant usque ad aduentum Christi. *1. Cor. XI, 26. (g).*

## §. III.

**Q**uia III:o ecclesia Evangelica non est *Babel (b)*, ex qua in *scriptura sacra* exire iubemur; utpote qua in

(g) *l. c.* non intelligitur aduentus Christi spiritualis ad fideles, sed aduentus illius ad extremum iudicium, 1:o quia hac phrasi alibi etiam in hac epistola aduentus illius ad extremum iudicium exprimitur. *vid. 1. Cor. IV. 5. efr. Act. I. 11. 2:o* quod si non ita esset, Apostolus sane Corinthios, ad quos Christus spiritualiter iam tum venerat, non potuisset amplius ad usum sacrae coenae exhortari.

(b) *Babylon* vi etymi notat confusionem; hocque nomen inde traxit, quia Deus ibi linguas hominum confudit, *Gen. XI. 9. quum currim molirentur, cuius vertex sidera pulsaret, vid. Christ. Stockius, Clau. Ling. Sanct. N. T. ad hanc vocem.* Est vero Babylonis significatio alia propria s. litteralis, alia impropria s. mystica. Priori modo accepta denotat vel metropolin Chaldaeorum, urbem amplissimam & potentissimam, quae prouinciae potius, quam ciuitatis habuerit ambitum, ut opinatur Aristoteles *Libr. III. Polit. c. II;* vel regionem Chaldaeorum, in qua Babylon fuit metropolis, *Pf. CXXXVII. 1. Posteriori, scil. mystico sensu, significat Romam, vel potius totam politiam Antichristianam siue Papalem, ut in seq. §§. sumus offensuri. Quid vero per Babylonem illam, cuius meminit Ap. Petrus I. ep. C. V. 13, intelligi debeat, inter omnes non conuenit. Pontificiorum plerique*

in illa nihil aliud intelligitur, quam Pontifex Romanus & parastatae illius, Vt autem hoc rite ostendi queat, in antecessum observari debet, Babelem illam in scriptura, praesertim Apocalypsi, alia quoque nomina habere: iam enim vocatur magna meretrix, Apoc. XVII. 4. 5. iam bestia Apoc. XIII. 15. sfr. XIV. 8. XVII. 6. (i) iam pseudopro-

Cz

pheta

ex hoc loco illud exseculpunt, quo S. Petrum Romae fuisse, obtineant, adeoque mysticam illius amplectuntur significationem. Veteribus interpretibus, tantum non omnibus, Romam quoque heic interpretantibus, H. Grotius in annot. h. l. assentitur; contra quem disputat D. Abr. Calouius Bibl. Illust. h. l. existimans, sententiam illam, de Roma per Babylonem h. l. significata, originem coepisse a scriptore, non multi iudicii, Pappia, apud Eusebium, Libr. II. hist. eccl. c. XV. quem Hieronymus, aliique secuti fuerint. Proinde propriam servandam esse Babylonis significationem mavult, vt illa denotetur civitas quaedam Aegypti; non obstante, quod haec Babylon fuerit obscurum in Aegypto oppidum, quo minus illic ecclesia colligi posuerit; nam & Marcum, Petri discipulum, Alexandriae in Aegypto episcopatu functum fuisse, constat.

(i) Per bestiam hanc, de qua l. c. agitur, Papam denotari, c. S. 5. n. 3. & S. 10. n. 3. apparet: Per Babylonem & meretricem hancce magnam eundem intelligi, in confesso est; ergo etiam Babylon, meretrix & bestia sunt synonyma.

Observari heic quoque debet, de duplici bestia in Apocalypsi mentionem fieri. Per terrestrem, de qua C. XIII. 11. intelligitur idem quod per Babylonem, vt ex accurata locorum e S. S. adductorum collatione, & obseruatione modo facta, apparet. Per Marinam autem, de qua Apoc. XIII. 1. XVII. 3. seqq. monarchia Romana, quatenus una cum priori bestia i. e. Pontifice Romano, testes ac confessores veritatis persequitur,

*pheta, Apoc. XIII. 13. 14. sfr. XIX. 20. iam aduersarius, Apoc. XIII. 13. 14. XIX. 20. sfr. II. Theff. II. 9. 10. Ideoque non ex solis iis attributis, quae tantum nomini Babel in scriptura assignantur, iudicandum & inquirendum est, quid per Babelem hanc intelligatur, sed omnium horum nominum, saltem praecipua, in scripturis expressa attributa, simul sunt sumenda, & ex iis demum coniunctim sumtis, hoc iudicium ferendum est.*

## §. IV.

**H**aec igitur attributa rite considerantibus apparet, *Babelem* illam I: o esse tyrannicum quendam & crudelem verae ecclesiae hostem. Vocatur enim diserte *aduersarius, II. Theff. II. 4. h. e.* insignis Dei & sanctorum illius hostis, quod articulo emphatico exprimitur: *mulier ebria sanguine sanctorum, Apoc. XVII. 6. sfr. XIII. 15. XVIII. 24.* quae sanguinem veritatis confessorum & euangelii doctorum, quem audissime sitiit, maxima cum voluptate fudit copiosissime, & eo vsque adeo se ingurgitauit, vt, ac si merum liberalius hausisset, ruberet ac ebria videretur. Vocatur etiam *Babylon*, propterea, quod, quemadmodum *Babylon Chaldaica* olim in V. T. fuit immanissima populi Iudaici persecutrix; ita ille quoque crudelissimum in modum ecclesiam Euangelicam in N. T. afflixit, & adhuc dum omnes, qui illam profitentur, durissime vexat. Appellatur porro *bestia*, sine dubio eam ob causam, vt eo denotetur, illum prorsus inhumana & ferina atrocitate in veram Dei ecclesiam saeuire.

## §. V.

20 **H**unc hostem ecclesiae, tempore Pauli exortum esse. *II. Theff. II. 4.* & remota potestate maiori, ipsi resistente,



Hoc contra omnem fidem historicam asseritur, siquidem ex histo-  
ria profana constat, Pontificem Romanum, gravum satis fuisse  
animas, usq[ue] ad illam imperio occidentalis fatalem, & nunquam  
satis deplorandam sedis Imperii translationem Roma Constantinopolim.

Dicitur tunc sensu est extremum iudicium non venire nisi primum  
innocentius filius ille perditionis, & versus C. fermorator ut,  
postquam de illo non exspere, sed exspituro.



i. e. magistratu ethnico, manifestatum iri, h. e. aperte & manifeste malitiam suam proditurum, v. 6. 7. 3:0 *Mao-narchiam Romanam collapsam, ab illo restauratam, & in pristinum statum quodammodo restitutam esse, Apoc. XIII. 14. 15. (conf. § 3. lit. i)* 4:0 *Eundem excitare caesares ac reges ad perpetuandam veram Dei ecclesiam, Apoc. XIII. 15. XIV. 8. XVII. 3. (k)*

## § VI.

5:0 **I**llum esse pseudopphetam insignem, qui homines a veritate seducat non tantum doctrina & verbis, vnde diserte pseudoppheta nuncupatur, *Apoc. XIX. 20* verum etiam fictis & falsis miraculis II. *Thess. II. 9. 10. Apoc. XIII. 13. 14.* 6:0 *Eundem esse idololatram & idololatriae per totum orbem propagatorem. Quod patet partim ex ipsa Scripturae littera: Apoc. XVII. 2. (l) partim ex nominibus illi attributis. Vocatur quippe Babel etiam propterea, quod instar Babelis antiquae, idololatriam exercent & propagare, studeat. Quæ admodum & meretrix eandem ob causam appellatur.*

## § VII.

7:0 **S**edem illius esse generatim in templo i. e. ecclesia Dei II. *Thess. II. 4. speciatim in vrbe Roma. Apoc. XVII. 18. Mulier quam vidisti, est magna illa ciuitas (i. e. habitat in illa ciuitate) quae dominatur in reges terrae (m).* 8:0 *Illum sibi summam potestatem arrogare in omnia tam diuina, II. Thess. II. 4. quam humana, Apoc. XVII. 1. XVIII. 7*

## § VIII.

(k) *insidere bestiae, est eandem incitare, regere & fluere pro arbitrio. (l) Scortatione spirituali, de qua b. l. idololatria in S. S. intelligitur. (m) In verbis citatis obseruanda est I:0 quod continens metonymice ponatur pro contento, i. e. vrbs pro muliere in vrbe habitante. 2:0 Vrbe illa Romam intelligi, quod vel inde satis manifestum esse arbitror, quia ipsi imperium in Reges tero*

## §. VIII.

9:0 **E**cclēsiā Dei ab eo opprimi per XLII menses, Apoc. XI. 2. XIII. 5. i. e. MCCLX annos; adeoque ad seculum XVI (n). Deinde vero ipsum a testibus veritatis i. e. ecclesia Dei victum iri Apoc. XI. 11. 13. XVII. 14. (o) a pristinis suis parastatis deseri, Apoc. XVII. 15. 16. & potestatem eius tyrannicam valde imminui, adeoque insignem lapsum subire.

## §. IX.

vae adscribitur. Quod etiam revera, non tantum tempore Johannis, ipsi erat, verum etiam postea diu satis tempore Pontificum.

[n] Idem tempus, quod Apoc. XI. v. 2. XLII mensibus denotatur, intelligitur v. 3. per dies MCCLX. ibi commemoratos. At hi dies non possunt esse naturales, cum omnes res, quas a cap. XI. Apoc. ad c. XX. commemorantur, tam brevi temporis spatio peragi potuisse, non sit credibile; sed oportet eos esse dies Propheticos, & quemque eorum unum denotare annum, adeoque MCCLX dies significare MCCLX annos. Hinc quoque, per menses illas XLII non intelliguntur menses lunares, sed dierum annalium, qui annos MCCLX conficiunt. Iam autem hi anni incipiunt ab anno post nat. Christ. circiter CCC. nam aduersarius ille sanctorum, teste Apostolo II. Thess. II. 6. incipit [ publice & aperte ] malitiam suam exercere, i. e. ecclesiam Dei tyrannice opprimere, remoto magistratu civico, quod contigit circa dictum CCC. annum; & sic, dicti MCCLX anni, terminantur sec. XVI.

(o) Duobus istis testibus, qui MCCLX diebus propheterent & a bestia superarentur, Apoc. XI. 3. 7. intelliguntur omnes veritatis testes, qui dicto tempore sese Papae opposuerunt, & ab ea exterminati sunt, & trucidati. Iisdem v. 11. ubi dicuntur revixisse, denotantur alii testes veritatis, qui in locum eorum a Deo sunt excitati, a quibus bestia vicissim superaretur.

## §. IX.

**H**Aec sunt praecipua attributa *Babelis*, quae ab Apostolis *Paulo & Johanne* sunt designata. Quam autem illa omnia exacte in Pontificem Romanum, eiusque parastatas quadrent, id porro, addita breui applicatione, ostendemus. 1:o *Papam* & asseclas eius esse tyrannicum illum verae ecclesiae hostem, id ex historiarum monumentis dilucide satis apparet. Certe illi plusquam semel ebrii fuerunt sanguine sanctorum. Hoc satis superque crudelissima laniena *Parisienſi*, A:o M.D.LXXII, nec non horrendis *Albigensium, Wicleſſitarum, Marianorum, Hussitarum, Protestantium*, aliorumque persecutionibus evidentissime comprobatur. Immo historiae testantur, *Papae* papistarumque auctoritate, iussu, fraudibus, moliminibus & clandestinis consiliis sanguinariis, ab A:o MDL. & annum tantummodo MDLXXX, novies centena milia innocuorum veritatis coelestis doctorum & confessorum, immanissime trucidata esse. 2:o *Papam* Romanum eiusque potestatem. i. e. tyrannidem in sanctos, iam tempore *Pauli* primordia accepisse, id ne ipsi quidem Pontificii negant, sed potius contendunt. Eundem vero statim, remoto magistratu ethnico, manifestatum esse. i. e. manifeste iniquitatem operari coepisse, inprimis dominatum in alios exercendo, id etiam ipsi *Papistae* non solummodo concedunt, sed etiam summopere euincere fatagunt. Hinc tradunt *Syluestrum I.* statim post conversionem *Constantini M.* ad christianismum, in concilio XXIV. episcoporum, Romam accersitorum, iisdem praesedisſe. (p) Postea autem, successu temporis, praesertim inde a Leone


(p) *H. Gotb. Lib. II. C. III. sect. III. §. 3.*

Leone M. pontifice Romano sec. V. viro eloquente & ingenioso, at de proferendis auctoritatis suae finibus ultra quam fas est, sollicito; quum non deessent, qui factum hunc etiam publice prodiderint, & violenter de primatu, i. e. summa potestate in ecclesiam vniuersam, impudentissime cum aliis contenderint, eamq; tandem obtinuerint.

## §. X.

3:0 **M**onarchiam Romanam a *Papa* restauratam esse, nemo non nouit. 4:0 Eundem partim vi, partim blanditiis, semper incitasse Caesares ac Reges ad opprimendos veritatis testes, id etiam ex historia ecclesiastica abunde notum est. *Papa Innocentius III. Philippum Galliae Regem*, ad persecuendos Valdenses indulgentiis exstimulauit. *Paulus III. Imperatorem Romanum, Carolum V. & Franciscum, Galliae Regem*, sec. XVI ad eodem igne, gladio, exiliisq; insectandos incitauit; vt alia innumera exempla mittamus. 5:0 Papam esse *pseudopphetam* illum magnum, tam experientia, quam historia testatur. Quis enim est pseudoppheta, nisi is, qui totum fere mundum seduxit, & adhuc seducere conatur, vt neglecto merito & satisfactione Iesu Christi, propriis operibus, meritis & satisfactionibus, vitam aeternam obtineri posse doceat. Cum autem non potuit verbis, miraculis, non veris, sed glaucomatibus, delusionibus, fallaciis, praestigiis, fallere conatus est; immo etiam saepenumero decepit. Talia enim miracula iam sec. VII. vt & postea, non solum edita, nimirum in *Babele*, sed etiam temere credita fuisse, loquuntur passim annales. Seculo X. Ab Archiepiscopo quodam Cantauriensium *Ostone*, ad dogma transsubstantiationis stabiliendum pseudomiracula patrata fuere,

Dun-



Non Babelen quidem asseveraverim esse genuinam. tamen eius  
Silium

Quis jam majores ambit honores, quam doctri id agent Eccle,  
fratru, nobilitum. si nobilitati jam cupiunt nobilitatis orna-  
mentis insignis jam cupiunt. & tamen imitatores Christi esse  
volunt, cuius regnum non est de hoc mundo, quia honores ipsi obla-  
tos contempserunt.

nostri ritibus et caerimoniis extensis sic adherent ut illos magis  
quam ipsum Deum colant. Vanam et damnabilem fiduciam in illis  
collocant. Sic E. G. sic in statibus temporibus bis aut templum  
gravis ledum esse sepe sentiant, si statibus temporibus bis ter  
quaterve sacrae intersint signa. Simmum jam in caelo putant  
fident locum, vivant licet in peccatis provarietis ex mortis  
liberis. hoc sicut Antipater sacrae permittunt tamen.

idem faciunt nostri etiam, tractant Cabenas Imperii  
altera manu ecclesiam quae bernant, altera Cabenas Im-  
perii civilis tractant, comitibus intersunt, cum in Passionibus  
sit quotidie patere oves, si hoc agerent, crederem eos  
solum habere labores, Omi, ut aliena non curarent.

Quod quantum non abessent ab impietate sua Eius XII. capite exli,  
bita



*Dunstanus*, ex monacho archiepiscopus Cantuariensis deinde factus, eodem seculo, coelibatum sacerdotum contra ipsos verbo Dei sese tuentes, magicis artibus euecit (9).

## §. XI.

6.º **P**apam cum integro suorum satellitum globo, esse idololatram & idololatriæ propagatorem, id iam vniuerso fere mundo notum est. Ipse *Papa* se in locum Dei & Saluatoris nostri erexit, diuinosque honores sibi vult exhiberi. In inauguratione sua, se his verbis compelli patitur: *Tu es alter Deus in terra; & Dominus Deus noster Papa*. Papicolas non solum angelos & ipsos sanctos, imprimis Mariam, verum etiam reliquias sanctorum, diuina reuerentia & cultu afficere, quis est qui nescit? 7.º *Papam* eiusque asseclas, sedem in templo Dei i. e. in ecclesia, vel intra christianæ religionis pomeria, habere, speciatim autem in vrbe Roma, per se clarum est. 8.º *Papam* sibi arrogare potestatem in omnia diuina & humana, ex eo constat, quod non tantum velit esse caput totius ecclesiæ Dei in hoc mundo, verum etiam toties iam in Imperatores ac Reges imperium affectauerit. Et quis, quaeso, sibi in omnia potestatem arrogat, nisi is, qui etiam nomen & titulum ipsius Dei, solius supremi coeli & terræ Domini, per execrandam temeritatem, sibi sumere ac tribuere, non verecundatur? quod ipsum facere, modo diximus.

## §. XII.

9.º **P**apam oppressisse ecclesiam Dei, & omnes veritatis coelestis testes ac defensores, vsque ad sec. XVI, ex historiis notum est. Exempla satis luculenta prostant,

D

in

(9) *Hist. Gotb. Lib. II, C. IV, Sect. II, §. 8.*

in *Valdensibus*, *Husso*, aliisque omnibus, qui ad illud tempus se ipsi opposuerunt, veritatem defensuri. Ab eo autem tempore, *Papam* a veritatis testibus, illiusque constantibus confessoribus, diuinitus in locum oppressorum exsuscitatis, tam spirituali quam mundano gladio superatum, & a pristinis suis scortis, i. e. multis regibus, magnatibus ac populis, derelictum ac spoliatum esse, & sic insignem lapsum subiisse, ex historia ecclesiastica sec. XVI. ad oculum vsque patet.

§. XIII.

**I**am, sicut ex his haud obscure liquet, *Papam Romanum*, eiusque cultores, *Babylone* hac intelligi, ex cuius consortio, in S. S. discedere iubemur; ita simul ex iisdem dispalescit, ecclesiam Euangelicam, iniuste prorsus, & non sine criminationis nota, *Babelem* appellari, cum nullum ex enumeratis illius attributis, in illam quadret. Nam ecclesia Euangelica, non est *I-o* hostis sanctorum, & testium veritatis, & quidem adeo saeuus ac crudelis, vt sanguine eorum ebria dici possit; vtpote quae, ne enormes haereticos quidem occidit, nedum confessores ac testes veritatis; quos non tantum vlllo modo non vexat, sed diligit ac tuetur. Nec 2:o exorta est tempore a *Paulo* designato; nam, quatenus est vera ecclesia, i. e. in qua verbum Dei recte docetur, sacramenta rite administrantur, &c. inde iam a primo illo tempore, quo Deus salutis nostrae oeconomiam nobis manifestauit, suam trahit originem. Si autem spectetur vt peculiaris quaedam, & ab omnibus iam existentibus sectis, separata & distincta ecclesia, non tempore *Pauli*, sed demum sec. XVI. originem nacta est, & in gratam suae restorationis

me-

nisi erubescerent pejus adiac sciverent, sed cum magis te  
meant homines quam Deum, magis captent favorem homi-  
num quam Dei, illorum ratio statim requirit, ut per magis pe-  
ccatorem affectatam se comendat infamant. W. p. 5.



memoriam, nomine distinctiuo, appellari coepit. 3:o Nunquam renouauit monarchiam Romanam, quod per se clarum est. 4:o neque quemquam probare posse credimus, illam imperatores ac reges, ad persequendos testes veritatis, vnquam incitasse. 5:o Non seducit homines a veritate vlla ratione; non verbis, cum doctrina illius, vt infra ostendemus, sit vera, & in verbo Dei fundata; neque fictis miraculis aut praestigiis, quod cuius notum est. Neque 6:o idololatriam in illa exerceri, sed verum Deum vere & rite coli, e membro sequi, patebit. 7:o VII. VIII. IX. attributa, ne minima quidem veritatis specie, ecclesiae Euangelicae adscribi possunt. Quum igitur cultus Dei externus ab omnibus Christianis, etiam in N. T. requiratur; sacramentorum vsus omnibus salutem adepturis, serio sit mandatus; neque ecclesia Euangelica sit *Babel* illa *Mystica*, ex qua nobis exitus est mandatus, satis manifestum est, *Separatistas* hosce primi generis, secessionem ab ecclesia Euangelica, non solum supervacaneam & minus necessariam, sed etiam maxime illicitam, iniustam & perniciosam facere.

## CAPITIS I.

## MEMBRVM III.

*Proponens argumenta specialia contra Separatistas secundi generis,*

Σύνοψις.

*Iniustus est etiam huius generis* | *Nam illa Eo veram & in verbo*  
*Separatismus I:o quia ecclesia* | *Dei fundatam doctrinam pro-*  
*Euangelica est vera ecclesia. §. I.* | *fictur. §. II. III.*

D 2

2. O SACRA

2:o Sacramenta rite administrat. §. IV. | II. Quia cultus Dei publicus in  
 ea usitatus est verus. §. VI.  
 3:o Verae pietati studet. §. V. |  
 §. I.

**I**n iuste & illicite etiam huius ordinis *Separatistae* (M. I. §. 2) secessionem faciunt ab ecclesia Evangelica, 1:o quia ecclesia Evangelica est vera ecclesia. Est autem vera ecclesia *coetus sanctorum*, siue quod idem est, *coetus eiusmodi hominum, qui veram & in verbo Dei fundatam doctrinam profitentur, sacramentis rite & secundum institutionem diuinam utuntur, nec non fide in Christum instructi, sinceræ pietati operam nauant* (r). Hinc apparet, tria momenta mihi probanda esse. 1:o in ecclesia Evangelica veram esse doctrinam; 2:o Sacramenta in eadem rite usurpari; & 3:o membra illius fide, cum Christo capite, vnita, pietati ab omni fuce alienae, studere.

## §. II.

1:o **V**eritatem doctrinae, quam ecclesia Evangelica publice profitetur, demonstraturus, sufficere arbitror, si potiora tantum illius capita percurram. Docet

(r) *Veri nominis ecclesia, in se spectata, est coetus hominum vere sanctorum; nec est illa nisi vna, licet alio atque alio respectu, vel ratione diuersi fidelium & sanctorum status, vel ratione temporis & modi reuelationis diuinæ, vel quoad alias circumstantias, vario considerari possit modo. Nos sanctam illam & catholicam ecclesiam, ex S. reuerenter credimus, & cum Symbolis, Apostolico & Nicaeno, piisque Confessoribus, constanter profitemur. vid. Apol. Aug. Conf. IV. de ecclesia, p. m. 144. 145. 146. 148. & 150. Artic. Smalcald. XII, p. 335. Catechism. mai. Art. III. p. 498. & 499.*

ecclesia Evangelica 1:0 Deum esse essentiam spirituales, unum in essentia, trinum personis, aeternum, omniscium, omnipotentem, summe bonum, summe iustum, &c. Idem quoque docet *scriptura*: *Job. IV. 24. I. Joh. V. 7. Ebr. IV. 13. Luc. I. 37. Matth. XIX. 17. Ps. C XIX. 137. &c.* Docet 2:0 Deum creasse hominem ad imaginem suam, i. e. perfecte sapientem & sanctum. Ita quoque *scriptura*: *Gen. I. 26. 27. Eccles. VII. 30. Eph. IV. 24. Col. III. 10.* Docet 3:0 homines protoplastos per fraudem satanae lapsos fuisse, & non tantum imaginem diuinam, i. e. perfectam illam sapientiam & sanctitatem prorsus ac penitus amisisse, (quae enim de imaginis diuinæ reliquiis ac ruderibus, post lapsum in homine residuis, vulgo docent Theologi, non *sensu biblico*, sed *duntaxat ecclesiastico*, admittimus); verum etiam ex aduerso spissis tenebris & summa malitia impletos esse. Idem quoque docet *scriptura. Gen. III. 1. seq. I. Cor. II. 14. Eph. IV. 10. Gen. VI. 5. Rom. VIII. 7.* Docet 4:0 omnes, qui per naturalem generationem ex hisce protoplastis nati sunt, & a suis parentibus nascuntur, aequae ac ipsos, imagine diuina spoliatos, & oppositae caecitati spirituali atque malitiae obnoxios esse, *Ps. LI. 7. Job. III. 6. I. Cor. II. 14. Eph. II. 3.* Docet 5:0 hominem, quamdiu in hoc statu manet, mandata Dei sincere non velle, nedum posse, seruare, sed ex proaerese, i. e. ex instituto & data opera, eadem violare, proptereaque natura non posse saluari, sed morti aeternae reum esse. *Pbil. II. 13. Rom. VIII. 7. Job. XV. 5. Rom. VI. 23.*

## §. III.

**H**inc docet 6:0 Deum ex mera & gratuita, erga omnes in peccatum prolapsos homines, misericordia, filium suum

suum in mundum, eisdem a condemnatione aeterna liberatum, & vitam aeternam ipsis acquisitum, misisse. *Joh. III. 16.* Docet 7:o filium Dei, in assumpta humana natura, sustinuisse omnes peccati poenas, quae omnibus hominibus in aeternum erant sustinendae, & sic ipsos ab ira Dei & aeterna damnatione liberasse, ac loco omnium hominum, legi Dei exquisitissime satisfacisse, eoque ipsis gratiam Dei & vitam aeternam promeruisse. Idem quoque docet scriptura. *Joh. I. 14. Esa. LIII. 4. 5. 6. 7. Joh. XIX. 30. Gal. IV. 5. Mat. III. 15. V. 17.* Docet 8:o omnes Christi passiones, cruciatu & actiones, hominibus poenitentibus & credentibus, i.e. iis, qui peccata sua recte agnoscunt, serio dolent atque detestantur, & Christum Iesum, totius mundi, in specie, suum esse Saluatorem, firmiter credunt, a Deo, ex gratia, imputari. *Rom. IV. 6. II. Cor. V. 19. Rom. X. 4. C. IV. 5. Act. XVI. 31.* Docet 9:o omnes hoc modo, per imputationem passionum & operum Christi, iustificatos, omnia proaereticis & mortalia peccata evitare posse; nec non singula praecepta legis diuinæ, tam interne quam externe, seruare debere. *Rom. VI. 22. Gal. V. 24. 25.* Docet 10: Verbum Dei, siue lectum siue auditum, & sacramenta, esse media, quibus Deus hominem conuertit, fidem in ipso accendit, participem reddit iustitiae Christi, & vitae sanctimonium in ipso operatur & conseruat. *Rom. III. 20. IV. 15. I. Pet. I. 23. Rom. X. 17. Joh. III. 5. II. Cor. V. 19. Gal. III. 24. Matth. XXVI. 27. 28. Luc. XXII. 20.* Docet 11: omnes qui in vera fide & sanctitate vsque ad vitae finem perseverant, tandem salutem aeternam in caelo consequuturos esse. *Act. XVI. 31. Matth. XXV. 34. seq.*





Enimvero dicitur baptismus interrogatio bona conscientia  
 tum quia baptizatus interrogat, quomodo se habet erga se ad peccatum  
 quod de gratia sibi a Deo polliceri queat: tum quia Deum in-  
 terrogat, quid a se fieri velit vel non velit fieri. Dicitur stipu-  
 latio, quia baptismus est sollemnis aliqua conventio, et reci-  
 pienda obligatio, qua Deus homini gratiam suam offert, an-  
 nuntiat et assignat: conscientia vero stipulatur, si x. missi-  
 nam peccatorum excuset, et velle peragere quod in baptismo  
 postulata fuerint, adeoque se ad obsequium Deo astrin-  
 gere. ubi vero haec in infantibus ratio non esse dicitur.  
 Si natura id agat, contradictio est pag. m. l. dicitur actor  
 videtur imaginis vivendae post lapsam in homine nulla esse.  
 et nemo sanus afferere potest, Deum gratiam suam offerre illi  
 qui eam non ita aestimare potest, ut ipse, dicat magister  
 non esse obsequium portis.

## §. IV.

**Q**uemadmodum igitur doctrina ecclesiae Evangelicae in verbo Dei fundata est, ita quoque 2:0 Sacramenta rite & secundum institutionem diuinam in illa administrantur & vsurpantur. Baptismus administrari debet 1:0 ordinarie a ministris ecclesiae, *Matth. XXVIII. 19. 2:0* cum aqua, *Joh. III. 5. I. Pet. III. 21. 3:0* In nomine S. S. Trinitatis, *Matth. XXVIII. 19* 4:0 debent omnes baptizari, qui Christo discipuli sunt faciendi, i. e. mente & vita spiritali donandi, l. c. (*cf. M. II. §. 2.*), ideoque etiam infantes. 5:0 in eorum salutem, qui baptizantur, *Marc. XVI. 6. I. Pet. III. 21.* Quod autem baptismus hoc modo in ecclesia Evangelica administraretur & vsurpetur, ipsa experientia testatur. Eodem quoque modo, coenam Domini 1:0 ordinarie a ministerio ecclesiastico dispensari decet, *Matth. XXVI. 26. 2:0* cum pane & vino l. c. 3:0 cum precibus & gratiarum actionibus, l. c. *I. Cor. X. 16. 4:0* conuenienter, & nisi aliae rationes, dignae, quae attendantur, intercesserint, in conuentibus publicis, *I. Cor. XI. 20. 5:0* illis qui se probare possunt, i. e. qui pleno rationis usu & sufficienti cognitione, iuxta quam haec probatio fieri debet, sunt instructi. 6:0 in recordationem mortis Christi, & salutem venturam, *I. Cor. XI. 26. X. 16. Matth. XXVI. 27. 28. Luc. XXII. 20.* Hoc autem modo coenam Domini in ecclesia Evangelica administrari, res ipsa loquitur.

## §. V.

3:0 **Q**uod autem ecclesia Evangelica (§. I.) etiam verae & sincerae pietati semper studuit, & etiam nunc, per gratiam diuinam studeat, id & monumenta historiarum, & experientia, testantur. Sec. XVI, feruido non minus quam sincero pietatis zelo conspicui fuerunt *Lutherus*, & qui illi

*Marc. XVI*  
*in iusticia*  
*mult. qui quidem*  
*esset de infan*  
*4:0 baptizantur*

*13. Ioh. 91*  
*v. 63*

illi, sine dolo ac fraude, addicti erant, ex. gr. *Erasmus Sarcerius, Johannes Matthæus, Hieronymus Vellerus, Nicolaus Hausmannus, Dux Anhaltinus Georgius, & alii*, de quorum singulari in pietate zelo, prorsus egregia prostant testimonia (†) *Sec. XVII, Arndium, Scriuerum*, eorumque veros imitatores, verae pietatis cultores fuisse, neminem existimo cum ratione in dubium vocaturum. Seculo hoc, quod iam decurrit, XVIII, ecclesia Euangelica luculentissima verae pietatis specimina edidit, quod ex historia Euangelicorum, e *Salzburgo a Papistis eiektorum*, ad oculum vsque patet; vtpote quorum in pietate zelus & feruor per totum orbem celebratur. De *fide* ipsorum, inquit Auctor quidam anonymus (u): *Der von ihnen erlangte allerheiligste Glaube, war nicht ein müßiger und krafftloser Gedanke, sondern euferte sein Leben in Ausbrüchen thätiger Werke, und einem heiligen Wandel. De ardore precandi*: viele hatten den Geist des Gebets, und schütteten nicht nur vor sich ihre Herzen öfters vor Gott aus; sondern freueten sich auch, wan mehrere sich hierunter mit ihnen vereinigten. (x) *De abnegatione sui & mundi*: Sie stunden in einem so hohen Grad der Verleugnung, daß sie um des evangelii willen, nicht nur Eltern, Ehegatten, Kinder und Gister verlassen, sondern auch Verschiedene sich erklärten, wie sie bereit waren, um Christi willen, ihre Leben zu verlihren. (y) *De reliquis eorum virtutibus*: Ihre Demuth, Sanftmuth, Wahrheit, Gütigkeit, Mäßigkeit, Dankbarkeit,

(†) *vid Goth. Arnold. R. und K. Hist. P. II. L. XVI. C. IX. § 13.*

(u) *in Tractatu, cui titulus: Erbauliches Andencken der Saltzburgischen Emigranten, p. 12. (x) p. 14. (y) p. 18.*

Sic nec sine  
 sal. h. p. f. d.  
 aff. h. o. r.  
 et h. p. r. a. i.  
 quod h. r. a. l.  
 ut h. o. r. e. l.  
 quod ex p. e. r.  
 h. a. e. d. c. o. r. a.  
 o. r. a. l. i. v. i. v. e. r.  
 l. a. b. o. r. e. p. e. r.  
 p. l. i. u. m. i. n. f. a. r. t. e.  
 p. r. o. p. t. e. r. g. l. o. r. i. a.  
 p. e. r. i. v. e. r. i. t. a. t. e.  
 p. a. r. e. n. t. e.

Gehorsam, gute Zucht der Kinder, und brüderliche Liebe unter einander, waren solche Früchte des Geistes, welche von dem innern Leben des Baumes, und von der Fruchtbarkeit des Glaubens, so in ihnen aus Christo Wurzel gefasset, gnüßlich zeugeten (z): Neque minus ex parte illorum luculenta pietatis specimina edita fuere, ad quos illi patria expulsi, devenerunt, vt, ex. gr. Vernigerodae. Jenseit Ilfenburg, inquit idem auctor, kam ihnen eine ziemliche Anzahl frommer Bürger, theils aus Vernigeroda, theils aus Ilfenburg, singend entgegen (a). Et paulo post: Nach geschlossenem Sermon suchte E. E. Rath die werthen Salzburger zur leiblichen Verpflegung in die schon vorher besorgte und bereitete Quartire weisen zu lassen, allein die Herkennende Kraft Gottes ließe sich das Recht nicht nehmen, selbst die Eintheilung für die zu machen, welche sich desselben alleinigen Führung mit verbündene Augen bisher überlassen. Sie neigete das Gemülthe hiesiger Bürger (Vernigerodenslü) demachen zu diesen Fremdlingen, daß, ehe man sich umfah, jeder seine Wirth hatte, der sich aller Mühe zu geben wüßte, ihnen wohl zu thun, und in Liebesdiensten gegen sie auszufließen; keiner hatte der Gäste gnug (b). &c.

## S. VI.

**I**llicitus est hic *separatismus* Illo quia cultus Dei publicus, qui in ecclesia Evangelica exercetur, est verus & verbo Dei conformis. Verus Dei cultus est, cum 1:0 solus Deus colitur, Deut. VI. 13. Matth. IV. 10. 2:0 eo modo, quem ipse praescripsit, Matth. XV. 9. Sed talis est cultus Dei in ecclesia Evangelica vstitutus. Nam 1:0 solum verum Deum in illa coli, omnibus notum

E

est.

(z) p. 25. (a) p. 1. (b) pag. 2.

*der Separatisthe  
aquant.*

*etiam in  
suis actibus  
prolegendibus*

est. 2:o colitur auditu verbi praedicati, precibus, gratiarum actionibus, hymnis, &c. Quae omnia a Deo expresse sunt mandata. Quum itaque ecclesia Evangelica sit veri nominis ecclesia; veram profiteatur doctrinam; sacramenta rite vsurpet; & sinceræ pietati enixe studeat; iniuste omnino illi faciunt, qui semet a communionem illius separant.

S. D. G.



Gratiarum actio ad Celeber. Præsidentem.

Si ego nunc suis ornatus beneficiis, gratias  
agere velim, hæc ipsa beneficia non satis cogna-  
scere videar, aut mihi plus assumere quam l-  
ctas, l- ingenium, l- exiguius dicendi usus pa-  
ti possit. Silere autem me neque loci consuetu-  
do sinit, neque me hercule si sineret, ipse mihi tanta  
rehibitionis consuius quiescere possem, et sine ulla  
med in se venerationis et observantia significa-  
tione discere. Ergo quem favorem, quam benevo-  
lentiam semper adhibuisti, sola voluntate nisi  
contentus, eam nunc quoque suscipiens, satis habe-  
me omnem pro suis gratiæ referendæ rationem  
persequi, quamvis pro mearum virium infirmitate  
nullam assequar. Ut Ego te in primis oro atque ob-  
secro, Magnifice Domine Rector, cuius beneficia  
cum plurimi faciam, vobis vel maxime nullam  
mihi esse facultatem, qua tibi voluntatem hanc  
meam ~~celare~~ aut privatim probare possim, aut  
in hac publica luce patefacere. Fruere vero vobis

Sua, quæ ipsa per se magna viro debet esse Satis.  
Ego vero quæ in unum valeo. V. S. O. M. ardentissimè  
orabo precibz, Servet se nobis saluum sospitemq; per  
longas annorum series, & latentur Cæcæna, vestra  
Sua præsentia quam longissima, puer. qui se nobis  
exipit exoriatur sero. ex sic, venerabunda caritæ  
ornatus, ac eam, quam anctas patriam, coelestem  
Dilectissimam, de Sota quam optime meritis ecclesia,  
transep. tibi in Angelorum Choro, Summo illi a-  
nimarum Pontifici, æternum Pdana, angeli-  
cum modulabere carmen. Vale.

ad Trinum Auctorem.

Nihil est quod tibi pro præstanti tua virtute  
non sibi tribuerem. Virtutem enim habes non  
eam, quæ petitur a libris, quæq; uno Scientiæ nomine  
definitur. Sed eam quæ oritur ex animi præstantia  
et multas in se lasides continet humanitatem, probita-  
tem, candorem ingenium, cum laudabili artium Scientiæ  
amico inter se conflictu certare videtur. Quorum omnium  
me hodie participem facere voluisti. Eo quidem no-  
mine plures tibi ago habeoq; gratias, quam si adoniz  
hortor mihi donare. Verebo de cetero, tuis laboribus præ-  
sidium Numen semper adfit. Sic n. fiet, ne qua profus  
in difficultate tua ne quo unquam in Scopulo mat-  
tæ hæreat incuria: et in eam, quo spectat animum  
portum secundo cursu, Divina benignitas, aera  
prosequente, facile perverris. Vale.